Annus et ultra evenit, ex quo tempore, popularis tuus navarchus Freeman, cum novi domum reversurus, litteras meas cum plantarum fasciculo tibi traderet, in se suscepit. Nescio tamen, an missio mea in manus tuas pervenerit.

Primum Florae Suecicae Wahlenbergianae volumen nuper prodiit, quod amicissime tibi offero. Opus praeclarum, quod tamen in omnibus non probamus. ex. gr. Erythraea, Bromo, Festuca. Aliquot Suecicae plantae in hoc libro frustra quaeruntur. Descriptiones fere ubique egregiae.

Dom. Hughes ad cultum [illegible] offert, quare precor, si quidam [illegible] numine[illegible]ro tibi placeat, ea ad mercatores Holmienses Kantzow et Biel mittas.

Valeas.

Stockholmiae Oct. d. 15. MDCCCXXV.

Carol. Stenhammar.
Hist. naturalis Professor.